nit, quae excusat, & inuoluntarium causat.

A D P R I M U M ergo dicendum, q̄ sicut Diony. dicit
in 4. ca. de di. nomin. * Bonum cauatur ex integra
causa, malū autē ex singularibus defectibus. Et ideo
ad hoc quod dicatur malū id, in quod fertur uolun-
tas, sufficit, siue quod ē in naturā sit malū, siue
quod apprehendatur ut malum: sed ad hoc quod
sit bonū, requiritur quod utroque modo sit bonū.

A D S E C U N D U M dicendum, quod lex aeterna errare nō
potest: sed ratio humana potest errare: & ideo uolun-
tas concordans rationi humanae non semper est re-
cta, nec semper est concordans legi aeternæ.

A D T E R T U M dicendum, quod sicut in syllogisticis
uno incōuenienti dato, necesse est alia sequi: ita ī mo-
ralibus, uno incōuenienti posito, ex necessitate alia
sequitur: sicut supposito quod aliquis querat ina-
nē gloriæ, siue propter inanē gloriæ faciat quod face-
re tenetur, siue dimittat, semper peccabit. Nec tamē
est perplexus, quia potest intentionem malam di-
mittere: & similiter supposito errore rationis, vel
cōscientiæ, qui procedit ex ignoratia non excusante,
necessere est, quod sequat malū in uoluntate. Nec ta-
men est homo perplexus: quia pōt ab errore recede-
re, cūm ignorantia sit uincibilis, & uoluntaria.

ARTICVLVS VII.

*Super Questionis
decimavione Articu-
lum sej. zim.*

*Vtrum uoluntatis bonitas in his, quae
sunt ad finem, dependeat ex
intentione finis.*

A D S E P T I M U M sic proceditur.
Videtur, quod bonitas uolun-
tatis non dependeat ex intentione
finis. Dicatum est enim supra,*
quod bonitas uoluntatis dependet
ex solo obiecto: sed in his, que
sunt ad finem, aliud est obiectum
uoluntatis, & aliud finis inten-
tus: ergo in talibus bonitas uolun-
tatis non dependet ab intentione
finis.

¶ 1. Præt. Velle seruare mandatū
Dei, pertinet ad uoluntatem bo-
nani: sed hoc potest referri ad ma-
lum finem, scilicet, ad finem ina-
nis gloriæ, uel cupiditatis, dum
aliquis uult obedire Deo ppter temporalia conse-
quenda: ergo bonitas uoluntatis non dependet
ab intentione finis.

¶ 2. Præt. Bonum, & malum sicut diversificant uolun-
tatem, ita diversificant finem: sed malitia uoluntati-
s non dependet à malitia finis intenti. Qui enim
vult furari ut det elemosynam, uoluntatem malæ
habet, licet intendat finem bonum: ergo etiam bo-
nitas uoluntatis nō depèdet a bonitate finis intenti.

S E D C O N T R A est, quod Augu.* dicit 9. confessio-
nū, quod intentio remuneratur a Deo: sed ex eo ali-
quid remuneratur a Deo, quia est bonum: ergo bo-
nitas uoluntatis ex intentione finis dependet.

R E S P O N . Dicendum, quod intentione dupliciter se
potest habere ad uoluntatem. Vno modo ut præcedet:
alio modo ut concomitans. Precedit quidē causaliter
intentione uoluntatē, quando aliquid uolumus
propter intentionē aliquius finis: & tunc ordo ad
finē, consideratur ut ratio quedam bonitatis ipsius
uoluti, puta cūm aliquis vult ieiunare propter Deum:
habet enim ieiuniū rōnem boni ex hoc ipso, quod
fit propter Deum. Vnde, cūm bonitas uoluntatis de-
pendeat a bonitate uoluti, ut supra dictū est, * necesse
est

par. 4. & me-
dio illi ius.

Sup. arti. 5.
& locis ibi
in dubio.

q. 6. art. 8.

art. 4. hanc
quæ.

q. 6. art. 8.

D. 384

2. dīct. 3. 8. 2.
4. ad 4. & ar.
5. cor. & di.
40. arti. 2. &
in expo. li.
Art. 2.

* q. 6. art. 3.

art. 4. hanc
quæ.

q. 6. art. 8.

D. 384

Est quod dependeat ex intentione finis. Consequitur autem intentio voluntatem, quando a cedit voluntati praexistenti, puta, si aliquis uellet aliquid facere, & postea referat illud in Deum: & tunc primæ voluntatis bonitas non dependet ex intentione sequenti, nisi quatenus reiteratur actus voluntatis cū sequenti intentione.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd quando intentio est causa uolendi, ordo ad finem accipitur ut quædā ratio bonitatis in obiecto, ut dictum est.*

AD SECUNDVM dicendum, quod uoluntas nō potest dici bona, si sit d intentio mala, causa uolendi: Qui enim vult dare elemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id, quod de se est bonum sub ratione mali: & ideo prout est uoluntum ab ipso, est malum, unde uoluntas eius est mala. Sed si intentio sit consequens, tunc uoluntas potuit esse bona: & per intentionem sequentem non deprauatur ille actus voluntatis, qui præcessit, sed actus uoluntatis qui iteratur.

AD TERTIVM dicendum, quod, sicut iam dictum est, * malum contingit ex singularibus defectibus, bonum autem ex tota, & integra causa. Vnde siue uoluntas sit eius, quod est secundum se malum, & sub ratione boni, siue sit bona sub ratione mali, semper uoluntas erit mala: sed ad hoc quod sit uoluntas bona, requiritur quod sit boni sub d ratione boni, id est, quod uelit bonum, & propter bonum.

T Super Questionis decimam. articulum octauum.

IN titulo articuli octauii, uoluntas sumitur ut in prædicti articulo.

S. Supr. art. 7. ad 1. Et ma. 9. 2. art. 3. ad 8. gl. interlin. fbd.

* art. prece.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, qd quantitas bonitatis in voluntate, dependeat ex quantitate bonitatis in intentione: quia super illud Matth. 12. Bonus homo de thefauro bono cordis sui profert bona, dicit glosa. Tm boni quis facit, quantum intendit: sed intention non solum dat bonitatem aetui exteriori, sed etiam uoluntatem, ut dictum est: ergo tantum aliquis habet bonam uoluntatem, quantum intendit.

Praet. Augmentata causa augmentatur effectus: sed intentionis bonitas est causa bona uoluntatis: ergo quantum quis intendit de bono, tantum uoluntas est bona.

Praet. In malis, quantum aliquis intendit, tantum peccat. Si enim aliquis proiecitur lapidem, intendet facere homicidium, reus est homicidij: ergo pari ratione in bonis, tantum est bona uoluntas, quantum aliquis bonum intendit.

SED CONTRA. Potest esse intentione bona, & uoluntas mala: ergo pari ratione potest esse intentione magis bona, & uoluntas minus bona.

RESPON. Dicendum, quod circa actum, & intentionem hinc, duplex quantitas potest considerari. Una ex parte obiecti, quia uult maius bonum, uel agit. Alia

ex intentione actus, quia intense uult, uel agit quod est maius ex parte agentis. Si igitur loquar de quantitate utriusque quantum ad obiectum, manifestum est, quod quantitas actus non sequitur quantitatem intentionis: quod quidem ex parte actus exterioris contingere potest dupliciter. Vno modo quia obiectum, quod ordinatur ad finem intentionis, non est proportionatum fini illi: sicut si quis daret decem libras, non posset consequi tuam intentionem, si intenderet emere rem ualentem centum libras. Alio modo propter impedimenta, quae superuenire possunt circa exteriorem actum, quae non est in potestate nostra remouere: puta, aliquis intendit ire usque Romanum, & occurrit ei impedimenta, quod non potest hoc facere. Sed ex parte interioris actus voluntatis nō est nisi uno modo: quia interiores actus voluntatis sunt in potestate nostra, non autem exterioris actus. Sed uoluntas potest velle, aliquod obiectum non proportionatum fini intento: & sic uoluntas, quae fertur in illud obiectum absolute consideratum, nō est tantum bona, quantum est intention. Sed quia etiam ipsa intentione quodammodo pertinet ad actum uoluntatis, in quantum scilicet est ratio eius, propter hoc redundat quantitas bonæ intentionis in voluntatem, in quantum scilicet uoluntas uult aliquod bonum magnum ut finem: licet illud, per quod vult consequi tantum bonum, non sit dignum illo bono. Si vero consideretur quantitas intentionis, & actus secundum intentionem utriusque, sic intentione redundant in actu interiori, & exteriori uoluntatis, quia ipsa intentione quodammodo se habet formaliter ad utrumque, ut ex supra dicitur: licet materialiter intentione recta existere intentio possit esse actus interior, uel exterior, nō ita intensius, materialiter loquendo, puta, cum aliquis non ita intense uult medicinam sumere, sicut uult sanitatem: tamen hoc ipsum, quod est intentio intendere sanitatem, redundat formaliter in hoc, qd est intentio secundum se, patet ex hoc, quod intendes aliquod magnum malum, potest uelle ut aliud medium non sufficiat confonso tanto malo: sicut si quis uellet emere episcopatum & offerre folias pretiosas. Quod etiam quantitas malæ intentionis ex modo, non descendat in quantitatē actus secundum se, patet ex hoc, quod cotinus intendere adulterium, minus liberum frangere murum, per quem ingredieretur, ad intentum habendum. Cum igitur non oporteat esse verum, quod quantum mala est intention, tantum mala sit voluntas materialiter: relinquitur, ut verificetur hoc dictum de voluntate formaliter, id est, ut stat.

exterioris, ut stante sub intentione, seu formaliter, id est, ut tendant in finem, quem respicit intention.

¶ In response ad tertium eiusdem articuli, dubium occurrit, quomodo verificetur, quod quantum mala est intention, tanquam mala est uoluntas, an scilicet uerificantur de uoluntate materialiter, & secundum intentionem, si intenderet emere rem ualentem centum libras.

Alio modo propter impedimenta, quae superuenire possunt circa exteriorem actum, quae non est in potestate nostra remouere: puta, aliquis intendit ire usque Romanum, & occurrit ei impedimenta, quod non potest hoc facere. Sed ex parte interioris actus voluntatis nō est nisi uno modo: quia interiores actus voluntatis sunt in potestate nostra, non autem exterioris actus. Sed uoluntas potest velle, aliquod obiectum non proportionatum fini intento: & sic uoluntas, quae fertur in illud obiectum absolute consideratum, nō est tantum bona, quantum est intention. Sed quia etiam ipsa intentione quodammodo pertinet ad actum uoluntatis, in quantum scilicet est ratio eius, propter hoc redundat quantitas bonæ intentionis in voluntatem, in quantum scilicet uoluntas uult aliquod bonum magnum ut finem: licet illud, per quod vult consequi tantum bonum, non sit dignum illo bono. Si vero consideretur quantitas intentionis, & actus secundum intentionem utriusque, sic intentione redundant in actu interiori, & exteriori uoluntatis, quia ipsa intentione quodammodo se habet formaliter ad utrumque, ut ex supra dicitur: licet materialiter intentione recta existere intentio possit esse actus interior, uel exterior, nō ita intensius, materialiter loquendo, puta, cum aliquis non ita intense uult medicinam sumere, sicut uult sanitatem: tamen hoc ipsum, quod est intentio intendere sanitatem, redundat formaliter in hoc, qd est intentio secundum se, patet ex hoc, quod intendes aliquod magnum malum, potest uelle ut aliud medium non sufficiat confonso tanto malo: sicut si quis uellet emere episcopatum & offerre folias pretiosas. Quod etiam quantitas malæ intentionis ex modo, non descendat in quantitatē actus secundum se, patet ex hoc, quod cotinus intendere adulterium, minus liberum frangere murum, per quem ingredieretur, ad intentum habendum. Cum igitur non oporteat esse verum, quod quantum mala est intention, tantum mala sit voluntas materialiter: relinquitur, ut verificetur hoc dictum de voluntate formaliter, id est, ut stat.

In art. 2. q. 114. art. 4.

Et si suu intentione. Et ad obiectio[n]em cōtra hoc. d[icitur]. q[uod] ita[ce] hoc fatu[m] differetia fieri quātitat[er] bonitatis, & malitiae in hoc, q[uod] quātitas malitiae intentionis, est semper quātitas malitiae uoluntatis formaliter, sicut q[uod] abolute cōstituit et tū malitiae quātitas verò bonitatis intentionis non oportet, q[uod] sit quātitas bonitatis uoluntatis. Et rō differen- tie est, q[uod] sicut sim- plicerit, ita magis ad ma- gis. Conatur autem q[uod] malitia ad intentionem sufficiat ad cōstituentia dā nolite malam, bonitas autem non: q[uod] boni cōsiderat ex cō- integra, malū autē ex particularibus defec- tibus. Vñ dādo elec- molynā p[ro]p[ter] inanem glo- riā, nō solū inten- tio est mala, sed etia[rum] actus formaliter: & cōsequenter quando[rum] peior est intēto, tan- to[rum] peior erit actus formaliter. Sicut ab- solutus cōceditur, p[ro]p[ter] actus dantis elemo- lynā p[ro]p[ter] inanem glo- riā, est malitia ab- soluta, cōcedendū est, q[uod] actus dantis elemolynā p[ro]p[ter] ma- ximā affectionē ina- mis gloria, est peior.

art. 7. ad 2. &c.

1. d[icitur] 48. art. 1. Et v[er]o q[ue]d.

2. d[icitur] 47. cor.

¶ Super Questionis de termino Articuli nonum.

N[on] art. 9. circa illa- verba. Ad bonitatem uoluntatis humanę requiri, q[uod] ordine- tur i luminū bonū, memento q[uod] ordina- ri in summū bonū, cōtingit tripliciter. Vno mō in cōsideratione, & hoc cōsideratio[n]e est bonis, & malis: q[ui]libet n. p[ro]p[ter] aliq[ue] res sibi summa bonū. Alio mō in Ipe- cialit, cōfusione: sicut si q[uod] nesciens in que-

tem intenti boni nō sequitur bo- nitas actus interioris, uel exterioris, ut dictum est. * Et inde est, q[uod] non quantum aliquis intendit mereri, meretur: quia quantitas meriti consistit in intentione a- ctus, ut infra dicetur. *

*AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dictum est, * Bonitas uolūtatis dependet ex intentione finis. finis autem ultimus uoluntatis humanae est summum bonū, quod est Deus, ut supra dictum est. * Requiritur ergo ad bonitatem humanae uoluntatis, quod ordinetur ad summum bonum: hoc autem bonum primō quidē & per se, comparatur ad uoluntatem diuinam ut obiectum p[ro]p[ter]um eius. Illud autem quod est primū in quolibet genere, est mensura, & ratio omnium, quae sunt illius generis: Vnum quodque autem rectum, & bonum est, in quantum attingit ad propriam mensuram: ergo ad hoc quod uoluntas hominis sit bona, requiritur quod confor- metur uoluntati diuinæ.*

AD SECUNDVM dicendū, quod sola bonitas intentionis non est tota causa bone uoluntatis: unde ratio non sequitur.

*AD TERTIVM dicendū, quod sola malitia intentionis sufficit ad malitiam uoluntatis. Et ideo etiam quantum mala est intēto, tantum etiam mala est uoluntas: sed non est eadem ratio de bonitate, ut dictum est.**

ARTICVLVS IX.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex cōformitate ad volunta- tem diuinam.

AD NONVM sic proceditur. Vi- detur, quod bonitas uoluntatis humanae non dependeat ex cōformitate uoluntatis diuinæ. Impossibile est enim uoluntatē hominis cōformari uoluntati diuinæ: ut patet p[ro]p[ter] id, quod dicitur I[ob]ai. 55. Sicut exaltantur celi à ter- ra, ita exaltata sunt u[er]e meæ à u[er]e uestrīs: & cogitationes meæ à cogitationibus uestrīs. Si ergo ad bonitatē uoluntatis requireretur cōformitas ad diuinam uolunta- tē, sequeretur, q[uod] impossibile est, quod hominis uoluntatem esse bonam: quod est inconveniens.

¶ 2 Præterea. Sicut uoluntas no- stra deriuatur à uoluntate diuinæ, ita scientia nostra deriuatur à scientia diuinæ: sed non requiri- tur ad scientiam nostram, quod sit cōformis scientiæ diuinæ, multa enim Deus scit, quæ nos ignoramus: ergo non requiritur quod uoluntas nostras sit confor- mis uoluntati diuinæ.

¶ 3 Præterea. Sicut uoluntas no- stra deriuatur à uoluntate diuinæ, ita scientia nostra deriuatur à scientia diuinæ: sed non requiri- tur ad scientiam nostram, quod sit cōformis scientiæ diuinæ, multa enim Deus scit, quæ nos ignoramus: ergo non requiritur quod uoluntas nostras sit confor- mis uoluntati diuinæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 26. Non sicut ego uolo, sed

*sicut tu uis: quod dicit, quia re- cūt uult esse hominem, & ad Deum dirigi, ut Augustinus dicit in Enchir. * Rechtudo autem uoluntatis est bonitas eius: ergo bonitas uoluntatis dependet ex cōformitate ad uoluntatem diuinam.*

*RESPONDEO. Dicēdū, quod sicut dictum est, * Bonitas uolūtatis dependet ex intentione finis. finis autem ultimus uoluntatis humanae est summum bonū, quod est Deus, ut supra dictum est. * Requiritur ergo ad bonitatem humanae uoluntatis, quod ordinetur ad summum bonum: hoc autem bonum primō quidē & per se, comparatur ad uoluntatem diuinam ut obiectum p[ro]p[ter]um eius. Illud autem quod est primū in quolibet genere, est mensura, & ratio omnium, quae sunt illius generis: Vnum quodque autem rectum, & bonum est, in quantum attingit ad propriam mensuram: ergo ad hoc quod uoluntas hominis sit bona, requiritur quod confor- metur uoluntati diuinæ.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uoluntas hominis non po- test cōformari uoluntati diuinæ per æquiparantiam, sed per imita- tionem. Et similiter cōformatur sciētia hominis scientiæ diuinæ, in quantum cognoscit uerum: & actio hominis actioni diuinæ, in quantum est agenti conueniens: & hoc per imitationem, non au- tem per æquiparatiā. Vnde pa- tet solutio ad secundū, & ad tertium argumentum.

ARTICVLVS X.

Vtrum necessarium sit uoluntatem hu- manam cōformari uoluntati di- uniae in uolito ad hoc, quod sit bona.

AD DECIMVM sic proceditur. A Videtur, quod uoluntas ho- minis non debet semper cōfor- mari diuinæ uoluntati in uolito. Non enim possumus uelle quod ignoramus. Bonum enim appre- hensum, est obiectum uolūtatis: sed quid Deus uelit, ignoramus in plurimis: ergo non potest hu- mana uoluntas diuinæ uolunta- ti cōformari in uolito.

¶ 2 Præterea. Deus uult daminare ali- quē, quem præscit in mortali pec- cato moriturū. Si ergo homo te- neretur cōformare uoluntatem suā diuinæ uoluntati in uolito, sequeret, q[uod] hō teneret uelle suā damnationē: quod est inconveniens.

cōsistat summū bo- num p[ro]p[ter] in uisone Dei, vel i Deo, ope- tur pp summū bo- nū, q[uod] in ueritate ē summū bonum, & hoc p[ro]p[ter] cōuenire bo- nū. Tertio mō in spe- ciali, & distincione: ut si q[uod] operari intēdi- datio. co. 8. art. 7.

** Habet. cō- cione prima in Psal. 12. super i illud Redios de cetero collat. datio. co. 8.*

q. 1. ar. 8.

¶ Super quest. decime noni Artic. decimum.

¶ 1 uerba in r̄f[er]ōne ad primū, uerbis in corpore arti, & memori lupradictorum in art. 5. q[uod] primæ, ad- uerte, q[uod] gauele ali- q[uod] sub rōne boni, ē velle illud pp sum- mi bonū: id est q[uod] uolūtas uolēs aliqd sub rōne boni, ē cō- formis diuinæ uolū- tati in uolito forma- liter, q[uod] est uelle pp diuinū, & cōe bonū. Sed caue ne pp[re]te- re dicas oēm uolū- tate lemp cōforma- ri diuinæ in uolito for- maliter: q[uod] nullū operat alpiciens ad malū, sed ad aliquā boni rōnē. Et con- sequenter uolūtas ma- la cōformatur diuinæ uoluntati in uoli- to formaliter: hoc. n. fulsum est: Licet em uoluntas quantumcumque mala, inquā- tum habet aliqd bo- ni, sit cōformis diuinæ uoluntati, ac p[ro]p[ter] hoc possit fm quid dici cōformis diuinæ uoluntati in uoli- to formaliter, sicut p[ro]p[ter] q[uod] dicitur diuinæ uoluntati illa sola uolūtas est cō- formis diuinæ uolū- tati in uolito forma- liter, quæ sub ratio- ne boni non appare- tis, led

*Inf. q. 39. ar. 2. ad 3. &c.
22. q. 104. ar. 4. ad 3. & 1.
d[icitur] 48. ar. 3.
& 4. Et ve- ri. q. 23. ar. 7
& 8. Et op[er]o 9. q. 87.*

tis, sed ueris exercetur. Ad hanc enim conformitatem tene-
mur, cum illa, qua est secundum boni rationem sive veri, sive apparentia natu-
rismus. In hac persi-
stere, uirtus opus
est.

Super voluntatem diuinam in uolito.

*Ang. ecclio-
ne 1. de pri-
ma parte
Psal. m. 8.*

SED CONTRA est, quia super illud Psalm. 32, Rectos decet collaudatio, dicit glo: * Rectum cor habet, qui uult quod Deus uult: sed quilibet tenetur habere rectum cor: ergo quilibet tenetur velle, quod Deus uult.

¶ 2 Præterea. Forma voluntatis est ex obiecto, sicut & cuiuslibet actus: si ergo tenetur homo conformare voluntatem suam uoluntati diuinæ, requiri-
tur quod tenetur conformare in uolito.

¶ 3 Præterea. Repugnativa uoluntatum consistit in hoc, quod homines diversa uolunt: sed quicunque habet uoluntatem repugnantem diuinæ uoluntati, habet malam uoluntatem: ergo quicunque non conformat uoluntatem suam uoluntati diuinæ in uolito, habet malam uoluntatem.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod sicut ex pre-
dictis patet, * Voluntas fertur in suum obiectum, secundum quod à ratione proponitur. Contingit autem aliquid a ratione considerari diversimode, ita quod sub una ratione est bonum, & secundum aliam rationem non bonum: & ideo si uoluntas alicuius velit illud esse, secundum quod haber rationem boni, est bona: & voluntas alterius, si uelit illud idem non esse secundum quod habet rationem mali, erit uoluntas etiam bona. Sicut index habet bonam uoluntatem, dum vult occisionem latro-
nis, quia iusta est: uoluntas autem alterius, puta, vox ris, uel filii, qui vult non occidi ipsum, in quantum est secundum naturam mala occiso, est etiam bona. Cū m autem uoluntas sequatur apprehensionē rationis, uel intellectus, secundum quod ratio boni apprehensi fuerit communior, secundum hoc & voluntas fertur in bonum communius: sicut patet in exemplo proposito. Nam iudex habet curam boni communis, quod est iustitia: & ideo uult occisionem latronis, quae habet rationem boni secundum relationem ad statum communem. Vxor autem latronis considerare habet bonum priuatum familiæ, & secundum hoc uult maritum latronem non occidi. Bonum autem totius universi est id, quod est apprehensum à Deo, p est universi factor, & gubernator: unde quicquid vult, uult sub ratione boni communis, quod est sua bonitas, quae est bonum totius universi. Apprehensio autem crea-
turæ secundum suam naturam, est alicuius boni particularis proportionati suæ naturæ. Contingit autem aliquid esse bonum secundum rationem particularem, quod non est bonum secundum rationem universalem: aut econuerlo, ut dictum est. * Et ideo contingit, quod aliqua uoluntas est bona nolens aliquid secundum rationem particu-
larem considerare, quod tamen Deus non uult secundum rationem universalem, aut econuerlo. Et inde est etiam, quod possunt diuersæ uolunta-
tes diuersorum hominum circa opposita esse bona, prout tub diuersis rationibus particularibus uolunt hoc esse, uel non esse. Non est autem recta uoluntas alicuius hominis uolentis aliquid bonum particularē, nisi referat illud in bonum

commune, sicut in finem: cum etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinetur in bonum commune totius. Ex fine autem sumitur quasi formalis ratio uolendi illud, quod ad finem ordinatur: unde ad hoc, quod aliquis recta uoluntate uelit aliquid particolare bonum, oportet quod illud particolare bonum sit uolitum materialiter: bonum autem commune diuinum, sit uolitum formaliter. Voluntas igitur humana tenetur conformari diuinam uoluntati in uolito formaliter: tenetur enim uelle bonum diuinum, & commu-
ne, sed non materialiter, ratione iam dicta. * art. Sed tamen quantum ad utrumque, aliquo modo voluntas humana conformatur uoluntati diuinæ: quia secundum quod conformatur uoluntati diuinæ in communione ratione uoliti, conformatur ei in fine ultimo: secundum autem quod non conformatur ei in volito materialiter, conformatur ei secundum rationem causæ efficientis: quia hanc propriam inclinationem consequentem naturam, vel apprehensionem particularem huius rei, habet res à Deo, sicut à causa effectiva: unde consuevit dici, quod conformatur, quantum ad hoc, uoluntas hominis uoluntati diuinæ: quia uult hoc, quod Deus uult eum uelle. Est & alijs modus conformitatis secundum rationem cause forma-
lis, vt scilicet homo velit aliquid ex charitate, sicut Deus uult. Et ista etiam conformitas reducitur ad conformitatem formalem, quæ attenditur ex or-
dine ad ultimum finem, quod est proprium obiectum charitatis.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod uolitum diuinum, secundum rationem communem, quale sit, scire possumus. Scimus enim, quod Deus quicquid uult, uult sub ratione boni: & ideo quicquid uult aliquid sub quacunque ratione boni, habet uoluntatem conformem uoluntati diuinæ, quantum ad rationem voliti: sed in particulari necimus quid Deus velit: & quantum ad hoc non tenemus, conformare uoluntatem nostram diuinæ uoluntati. In statu tamen gloriae omnes videbunt in singulis, que uolent, ordinem corum ad id, quod Deus circa hoc uult: & ideo non solum formaliter, sed materialiter in omnibus suam uoluntatem Deo conformabunt.

A D S E C U N D U M dicendum, quod Deus non uult damnationem alicuius sub ratione damnationis: nec mortem alicuius, in quantum est mors: quia ipse uult omnes homines saluos fieri: sed uult ista sub ratione iustitie: unde sufficit circa talia, quod homo uelit iustitiam Dei, & ordinem naturæ seruari: unde patet solutio ad Tertium.

A D P R I M U M vero, quod in contrarium obieciatur, dicendum, quod magis uult quod Deus uult, qui conformat uoluntatem suam uoluntati diuinæ quantum ad rationem uolitum, quam qui conformat quantum ad ipsam rem uolitum: quia uoluntas principalis fertur in finem, quam in id, quod est ad finem.

A D S E C U N D U M dicendum, quod species, & forma actus magis attenditur secundum rationem obiecti, quam secundum id, quod est materiale in obiecto.

A D T E R T I U M dicendum, quod non est repugnativa uoluntatum quando aliqui diuersa uolunt non secundum eandem rationem: sed si sub una ratione esset aliquid ab uno uolitum, quod alias nollet, hoc induceret repugnantiam uoluntatum, quod tam non est in proposito.

QVAE-

In isto art.